

Pinnarum prope caudam longitudo septem digitorum, latitudo quatuor. *Capitis* longitudo decem, latitudo septem digitorum, crassities sesquipedis. *Caudae* longitudo quatuor pedum et trium digitorum: crassities fesquipedis. *Caudae* latitudo quatuor pedum et trium digitorum: crassities in exortu quinque digitorum, quae sensim gracilescit. Paulo post exortum caudae superius parvam pinnam curtam habet, paulo plus digito longam, et mox post eam duos hamulos sibi invicem super erectos, piscatoriis hamulis similes et incurvatos, longitudine trium digitorum. Caro boni est faporis, sufficiens quadraginta hominibus saturandis.

TAB.
XXXIX.

Tiburonis species minor. Belgis een Crupshape, a figura. Convenit cum majore, excepto capite, quod triangulare habet, seu prout cor vulgo pingitur. *Oculi* parvi ad latera ipsius capitatis. Os parvum, triangulare longe infra positum, triplici ordine dentium minorum, unde ita nocere non potest, os quippe habens angustum. Caro melius sapit, quam majoris.

Iperuquia, et Piraquia. Lusitanis *Piexe pogador* et *Piexe piolho*, nostratis *Dupger*, quia Tiburoni adhaeret fugens. Octodecim digitos longus, fere teres, quatuor digitos crassus, ubi crassissimus, in postica parte attenuatur. Os habet triangulare, cuius pars superior brevior inferiori, etiam linguam. *Caput* superius ad dorsum usque duos digitos longum, circiter plantum et figuratum, ut palatum alicujus pisces striis transversis, hac parte Tiburoni firmiter adhaeret in ventre, et capto illo simul capitum. *Oculi* parvi, flavi, pupilla nigra, semicirculo flavo. *Dentes* nulli, sed eorum loco multae minutissimae prominentiae. Post branchias utroque pinnam obtinet triangulatam, duos et semis digitos longam, subter in ventre duas junctas: a medietate corporis tam superius, quam inferius, etiam pinna extenditur angusta usque ad caudam, quae penna constat sesquidigitum longa. *Cutte* tegitur per totum corpus cinerei coloris.

TAB.
XXXIX.

TITVLVS III.

DE ALIQUIT ALIIS, ET INTER HOS MONSTROSISS PISCIBVS.

CAPVT I.

De pisce ανθεωπομόρφῳ et Remoranti.

TAB. XL. I.
Kircher. Ar-
tis Magnet.
3. par. I. 6.
675.

Piscem ανθεωπομόρφον, ita describit Kircherus. Capitur certis anni temporibus in mari Orientali Indiae ad insulas Vissajas, quas insulas Pictorum vocant, sub Hispanorum dominio, piscis quidam ανθεωπομόρφος, id est, humana prorsus figura, quam ideo Peche muger vocant, ab indigenis Duyon. Caput habet rotundum, nulla colli intercapidine trunco compactum. Extreme aurum fibrae, quae et auriculae nominantur, ex cartilaginea carne eleganter vestita, quarum interior pars amplissimis formata anfractibus, veram hominis refert aurem; Oculos suis ornatos palpebris, sitique et colore non pilcis sed hominis judicares; naso nonnihil aberrat: ma-

lam inter utramque non usquequam eminet, sed levi tramite bipartitur; sub eo vero labra magnitudine specieque nostris simillima. Dentium non quales sunt piscium generi ferratilium, sed plenorum et candidissimorum continua series. Petitus alba cute coniectum, hinc atque hinc paulo latius quam pro corpore in mammas extuberans; neque eas ut foeminis pendiculas, sed qualis virginibus globosas, plenas lactis candidissimi. Brachia non longa sed lata ad natandum apta, nullis tamen ipsa cubitis, ulnis, manibus, articulive distincta. In administris soboli propaganda membris, in utroque sexu nulla ab humanis distinctio: posthaec in piscem cauda desinit. Hactenus

Dd

inge-